

Praecept. IV

Divisio textus, [Verbum Salutis, L'Evangile selon Saint Jean,
traduit et commenté par le P. Alfred Durand, S.J.
Beauchesne, Paris 1927]

- p. 186 22-24 introductio historica ab evangelista composita
25-33 Jesus declarat se esse verum panem caelestem
34-52 panem a Deo datum tamquam panem vitae in Verbo Incarnato
53-60 cuius caro vere cibus, cuius sanguis vere potus
61-65^a attamen ratione Spiritus qui vivificat
65^b-72 evangelista effectum sermonis narrat
- Diversitas opinionum circa divisionem ex desiderio divisionis nimis
rigidae; quinques interrumpitur sermo interrogatione vel obiectione
nempe vv. 28 34 41 53 61; unde conceptum series interdum deflectitur
- p. 187 Puncta principalia in quibus sermo pedetendit progrereditur
32: panis caelestis qui fide manducatur
34: panis vitae, vivens et vivificans
54: caro et sanguis manducandus et bibendus
62: ratione divinitatis
- Sermo incipit in plaga Capharnaum, finitur in synagoga (die Sabbati p 209)
(non eodem die si Sabbato secus turba naviculas non ascendiisset p 189)
Hodie non sine temeritate negatur sermonem esse aliquatenus Eucharisticum
- p. 191 Turba Jesum quaesivit non praecise ut de novo manduacaret sed ut
v. 26 secum thaumaturgum haberet qui sequaces bonis materialibus cumularet;
turbae obtemperare facisset Jesum Messiam secundum somnia Iudaica
- p. 192 v. 27: dabit, ideoque non panis veritatis neque panis gratiae quas
iam pridem omnibus Jesus dispensabat
- v. 28: faciemus ut operemur opera Dei: populus cogitat de opere
externo requisitum, de religione quadam commutativa (do ut des);
non suspicatur totam difficultatem esse in dispositionibus internis.
- p. 193 v. 29: Augustinus, non est opus dentes et stomachum parare; "crede
et manducasti."
- v. 30: miraculum de panibus multiplicatis comparari non potest cum
miraculo nutriendi totum populum per 40 annos (Exod 16:35; Num 1:45-46)
si ergo Xpus postulat positionem Moyse maiorem (vitæ aeternae
donator) faciat miraculum maius; cf. Io 7:31 (populus dubitabat num maiora iusta
fuerant sit Messias)
- p. 194 v. 31: docta obiectio denotat praesentiam scribarum suggerit; forte
iam fit sermo in synagoga (v. 60)
circum manna: Ps. 77: 23-25; Sap 16: 20 21; Philo, De profugis,
§25, manna erat symbolum verbi (locutionis) divinae, ipsius Logi divini
- v. 32: non aserebant Iudei ipsum Moysen dedit manna, sed eorum
argumentatio hoc praesupponit et insinuit
duplex negatio: non Moyses sed Pater dedit; verus panis nondum
est datus sed a Filio dandus.
- v. 33: katabas, katabainōn, et similia denotant divinitatem praexistentiam
et suggestunt divinitatem (haud obscure apud Ioannem; vid 3: 13, 31;
- 8^{13,22}
16^{17,18}

Praenota 10 cont.

Durand: explicatio Io VI

- p. 196 v. 34: semper da (et credemus tibi)
p. 197 ut/ forsitan postulant hunc panem eo modo quo Pharisei signum
de caelo volebant (Mt 16 1), scilicet, ut cum tale signum non eventurum
crediderint, Xtum pseudo-prophetam manifestarent
vel pridem acquisivit dominus; exortatus hisdem veris panis calentibus;
v. 35: Ego sum panis vitae -- cf. Messias Io 4 26; bonus pastor 10 11;
via veritas vita 14 6; vitis, vos palmites 15 1
ipsa expressio non inintelligibilis: arbor vitae Gen 2 9;
fons vitae Prov 14 27
quod non volebant admittere erat quod hic homo filius Ioseph
et Mariae erat "panis vitae" vide v 41 42 -- praesertim cum hic
cibus erat in vitam aeternam, quodammodo aeternitatem continens vid v 27
- v. 35 non esuriet, non sitiet
adumbratur Eucharistia, et tamen minime excluditur sensus
metaphoricus de doctrina; immo hoc sensu explicari videtur "venit credit"
- 198 v. 36 supponi possunt signa dissentionis obiectionis ex parte Iudeorum
v. 37 gratia operans -- quaestio non erat utrum necne Iudei consensuri
mixt essent, sed utrum talis consensus a Deo Patre esset dandus
suggeritur: cum solus Xpus descensus, Iudei ab eo discere debent
vv. 47-51: resumunt et recapitulant omnia quae de pane sunt dicta
- v. 52: punctum ~~sumulans~~ supremum sermonis
Notandum tamen quod nomen aramaicum () (bashera) duplarem
significationem habere: et caro et evangelium
Litigentes Iudei intellexerunt non evangelium sed carnem;
et ubi postea ponitur non solum caro sed etiam sanguis, tollitur dubium
possibile.
- Notantur rhythmus Ioannei, symphonius excisorum ordo,
repetitiones quibus idem dicitur tum negative dein positive tertio
cum novo elemento quo sermo progrediatur: 48-52, 54-59

Praeusto X
Argumentum

De valore historico capituli VI apud Ioannem

a) dogmatica: est textus canonicus, inspiratus; habet Deum auctorem;
omnia dicta sunt vera -- Cf. tractatus de canone NT et de inspiratione.

b) apologetica et in genere de quarto evangelio:

Cf. tractatus de fontibus historicis revelationis; legere potestis
ad memoriam focillandam, de Grandmaison, Jesus-Christ, I, 125-88,
ubi breviter, eruditely, invicte de authentia et valore historico

M-J Lagrange, Ou en est la dissection litteraire du quatrieme
evangèle? Revue biblique, 33 (1924) 321-42

E Tobac, Notes sur le IVeme evangile, Rev d'hist eccl, 27(1926)311-36

c) apologetica et specifica de capitulo VI apud Ioannem

DTC 5: 994, 1012-1024

Goossens, Les origines de l'Eucharistie, pp. 234-39

b) additio

John Donovan, SJ, The Authorship of St. John's Gospel, London,
1936, Burns Oates & Washbourne.

Praeusto V

De praxi Domini corrigendi male interpretantes, confirmandi recte interpretantes. Wiseman, Lect. III, p 117

a) Io 3 3-5 Nicodemus male intellexit et Dominus correxit

Mt. 16 6-12 Discipuli intelligunt fermentum Pharisaeorum de omissis panibus; Ds correxit. Cf. Lc 12 1, ubi metaphora eadam statim explicatur

Io 4 31-33 Meus cibus est facere voluntatem eius qui misit me

Io 11 lxx 11-16 Lazarus amicus noster dormit

Mt 19, 24+26: Facilius est camelus per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum caelorum.... Quis ergo poterit salvus esse?.... apud Deum... omnia possibilia sunt.

Io 8 21-25: Numquid interficiet semetipsum?

Io 8 32-34: veritas liberabit vos -- non sumus servi -- servi peccati

Io 8 39-44: si filii Abrahae estis -- non sumus ex fornicatione nati -- pater diabolus

Io 6 33-35: De semper da nobis hunc panem

NB 1: exempla de cibo; 2 exempla ex Ioanne; 3 pronitas ad intellectum valde simplicem, concretum, litteralem.

b) Mt 9 2: remittuntur tibi peccata tua -- blesphemat -- quid facilius

Io 8, 56: Abraham gavisus -- nondum habes 50 annos --

Io 6, 42: (38 ff) "quia descendisti de caelo 41" quia dixisset Ego... qui de caelo descendisti..." reaffirmatur vv. 50 51 59

c) Applicatio ad Io 6: 51-59

1. 51 panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita
2. 52 quomodo potest hic ~~ex~~ nobis carnem suam dare ad manducandum
[Iudei intelligunt litteraliter]

3. 54-59 omnibus modis possibilibus reaffirmatur

54: Negative et dupliciter: nisi manducaveritis .. biberitis

55: Positive et dupliciter: qui manducat... qui bibit

56: Positive et aliter: verus cibus... verus potus

57: Positive et aliis effectus: manet in me et ego in illo

58: Positive et hic aliud effectus alio modo: sicut ego propter Patrem /m

59: Positive et recapitulans de "pane de caelo" "manna" "vita aeterna".
Patet hunc locum intelligendum sicut exempla sub b) et non sub a).

- 1 - 15: panum multiplicatio
 16 - 21: miraculosa laci traiectio
 22 - 59: de pane vitae
 60 - 72: status animae discipulorum post affirmations Xti.

Opiniones exegeticae: utrum litteraliter an allegorice interpretandus sit sermo dominicus de pane vitae in Io VI. *Felici pp. 9, 10*

PP: plus quam 30 PP citantur pro interpretatione litterali; inveniuntur tamen interpretationes allegoricae apud Clem Alex., Orig., August.

TT: maxima pars TT litteraliter interpretantur hunc sermonem; non-pauci tamen ante Conc Trid allegorice de dono personali Xti in cruce et de mandatione spirituali, unione per fidem, locum intelligunt; ita Biel, Cateatanus, etc.

Conc. Trid. hanc quaestionem exegeticam dirimere noluit: vide Pesch §576
D&G 1900 (4 macta p. 10) 875

TT post Tridentini: Catholici omnes, multi protestantes, fere omnes critici independentes qui dicuntur, affirmant interpretationem litteralem at protestantes conservatores vestigiis Zwingli et reformatorum priorum inhaerentes allegoricam sermonis interpretationem proferunt.

Opiniones ergo catholicae sunt

- 1o. Agitur de immolatione Xti in cruce et de necessitate fidei; totus sermo est symbolicus; ita multis iam saeculis nemo catholicus.
- 2o. Paucissimi versiculi de Eucharistia, vv 53-56; ita Battifol, *Etudes d'histoire et de theologie positive*, 2 ser, 2 edit, Paris 1905, p. 194 ff
- 3o. Sermon in duas partes est dividendus: prima pars est praeparatoria ad secundam; in prima agitur de necessitate vivendi in Christo, de necessitate fidei in Christum; in secunda agitur de necessitate accipiendi Christum in eucharistia. Ita Bellarminus, Maldonatus, Patrizi, Wiseman, Franzelin, Sasse, Knabenbauer, Calmes. Opinio fere communior.
- 4o. Totus sermo est Eucharisticus (ita Corneille de la Pierre, Corluy, Toletus, Perrone, Rosset). Incipit a fide quia fides necessaria ad intelligentiam Eucharistiae; insistitur in fide propter obiectiones adstantium; progreditur sermo ab obscuris in claras affirmaciones.

Cum quarta opinione catholica aliquatenus concordant acatholici critici qui non solum totum sermonem 22-59 de Eucharistia sed etiam miracula praecedentia tamquam symbola praeparatoria intelligunt; hi tamen non realem praesentiam sed spiritualem carnis Christi donationem affirmant promissam; praeterea arbitrantur non facta et dicta Christi hoc sermone recollecta sed potius pias meditationes evolventis fidei expositas fuisse.

In historiam exegeseos huius loci, vide:

Maldonatus, *Commentaria in IV Evangelia*, Lyon 1605, in Io VI, n 14-197, p. 1451-1514

Corluy, *Specilegium dogmatico-biblicum*, Gand 1884, t II, p 361-64.

W. Schmidt, *Die Verheissung der Eucharistie (Joh VI) bei den Vätern*, Wurzburg, t I et II, 1900-1903.

Cavallera, *L'interpretation de chapitre VI de saint Jean, une controverse exégétique au Concile de Trente*, Rev. d'hist. eccl., 10(1909)687-709

Praeusto IX

De unitate sermonis eucharisticici (Io. VI 26-72).

- a) Unitas sermonis potest esse vel logica vel paedagogica.
Logica unitas in eo est quod de una re modo ordinato atque systematico tractatur.

Deficit unitas logica in sermone eucharistico:
primo, quatenus ipsa doctrina eucharistica incomplete exponitur; omittuntur omnia quae pertinet ad transsubstantiationem; similiter nihil de eucharistia sacramento, sacrificio dicuntur. M
secundo, quatenus magna pars sermonis de necessitate et de natura supernaturali fidei tractat B2 F 1-3 G3 H5 J2 J9 /mentis

Unitas paedagogica habetur quando, perspecto statu/audientium, singula proferuntur ad hunc statum concretum in alium statum transmutandum.

Unde unitas paedagogica non est abstracta conceptum enucleatio atque expositio, sed concreta quaedam transmutatio ignorantiae in cognitionem, erroris in veritatis agnitionem, desideriorum inordinatorum in desideria ordinata. Ordo logicus ad essentialia se restringit; sed ordo paedagogicus saepe in accidentalibus immoratur. Ordo logicus a desideriis praescindit; ordo paedagogicus circa desideria insistit. Ordo logicus supponit prohibentia remota, sed ordo paedagogicus magna ex parte in removendis ~~pxx~~ impedimentis consumitur.

- b) Afferimus sermonem eucharisticum habere unitatem paedagogicam,

~~ut sit sermonem esse de eucharistia~~
a' Quamvis enim permulta de fide dicuntur, tamen quattuor extabent causae cur permulta de fide dicerentur./quia fides in gen prior fides part Primo, quia fides est initium fundamentum radix omnis iustificationis Secundo, quia defectus fidei subiacebat inordinata audientium desideria: A 2-4; C 1-3 -- concipiebant signa divina carnaliter; non agnoverunt signa divina in panum multiplicatione; volebant signa de caelo ut crederent

Tertio, quia defectus fidei subiacebat murmurationem: I, non agnoverunt Xtum de caelo desensum descendisse neque eum habere Deum tamquam Patrem; id quod impedit bat intelligentiam doctrinae de unione cum Xto sicut Xtus cum Patre in vitam aeternam (M8-9). Etiam L "potest".

Quarto, quia fides determinavit acceptationem vel rejectionem doctrinae: rejectionem N 4-6; acceptationem O 2-3.

Sit ergo defectus unitatis logicae in had de fide disquisitione; non tamen sequitur defectus unitatis paedagogicae.

- b' Ordo paedagogicus appetit

a" in eo quod Dominus incepit a circumstantiis concretis et statu mentium concreto "quando huc venisti" "quaeritis me non quia... sed quia..

b" in eo quod Dominus conatus est desiderium ~~pxxx~~ spirituale pro carnali substituere A 5-7, et per totum sermonem continuo ad desiderium vitae aeternae redibat D3, H 2-6, J3, J9, K 2-6, M 2-6, M 12, 02.

c" in eo quod a notis et concretis per affirmaciones et negationes manifestas ad conceptum ignoti pervenit pedentim pervenit:

A4 manducastis ex panibus -- operamini cibum qui permanet A5
ex operatione ad opus fidei, deinde per "signum"

C2 manna, C3 panis de caelo -- D 2-4 verus dator, verus panis, vita acceptatio E

F1 panis vitae ego sum -- sensus metaphoricus non exclusus
doctrina -- fides ergo G 3-5

G6 in obliquo reddit ad "descendi de caelo" "Deus Pater meus"
murmuratio I, reddit ad fidem, J 2-9

K 1-5 directe reaffirmat "descendi de caelo" "panis de caelo, egg"

K 6, novum et supremum elementum "caro mea est"

M 1-12, plena huius expositio.

Praemissa VIII

De Promissione Eucharistiae: Io VI; DTC 5: 992.

Quaeritur utrum in parte prima sermonis, vv. 26 - 47, adsit allusio clara, directa, derta ad Eucharistiam.

1. V. 27: cibum ... quem Filius hominis dabit vobis
"dabit" est temporis futuri, promissionem enuntiat, scilicet Eucharistiae ita Corluy.

R. Argumentum ~~nunc~~ est stringens: agitur enim de eodum cibo vv. 32, 33,
35, et tempus est praesens: "dat" "dat" "sum"; praeterea, v. 27,
"dabit" non est certum cum sint codices in quibus legitur "didosi"

2. Sunt qui videant Eucharistiam clare indicatam in vv. 32, 33, 35
32: pater dat panem verum de caelo
33: panis Dei de caelo descendit et dat vitam mundo
35: ego sum panis vitae
38: descendit de caelo
39: resuscitem, 40: habet vitam aeternam
Atqui Xpus est panis de caelo dans vitam mundo et resuscitans in novissimo die, in quantum Xpus est Eucharisticus. Ergo

R. Doctrina eucharistica aliunde cognita reddit huius loci intelligentiam claram et facilem, Conc.
Doctrina eucharistica hoc solo loco continetur, Nego
Nam hoc loco seorsim sumpto agitur de fide preparatoria ad eucharistiam et de vita aeterna, eucharistiae effectu; at de ipse eucharistia ne verbum quidem movetur — *Natura metaphorae Geniticia — citra = doctrina*
29: ut credatis
35: qui venit ad me, non esuriet; qui credit in me, non sitiens
36: vidistis et non creditis
37: ad me veniet... qui venit ad me
40: omnis qui videt Filium et credit in eum
45: qui venit ad me
47: qui credit in me, habet vitam aeternam
Locutiones omnes de adhaesione ad Xtum per fidem: nil de Xto manducato Praeterea, cf. Io 4: 13 14 ubi de fide in Xtum et non de Eucharistia cf. Io 6: 35.

3. Respondemus ergo his vv 26-47 Dominum a pane corporali procedere ad donum eucharisticum quod tamen nondum clare affirmavit.

^{34 / 35}

De Promissione Eucharistiae, Io VI, De unitate et progressu sermonis
vv. 22-25, indicationes loci, temporis, personarum: "Rabbi, quando huc/ venisti?
Locus vv. 1, 17, 23, 24, 28 Personae 22 Tertia 41 Iudei 61 Discipuli 68 discimus
vv. 26-34, excitatur desiderium panis de caelo veri

- A) 26, 27: Amen, amen dico vobis
2 quaeritis me
3 non quia vidistis signa (fides)
4 sed quia manducastis ex panibus et saturati estis
5 Operamini
6 non cibum qui perit
7 sed qui permanet in vitam aeternam
8 quem Filius hominis dabit vobis
9 Hunc enim Pater signavit Deus
- B) 28, 29: Quid faciemus ut operemus opera Dei?
2 Hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misit ille
- C) 30, 31: Quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi?
2 Patres nostri manducaverunt manna in deserto
3 Sicut scriptum est "Panem de caelo dedit eis manducare"
- D) 32, 33: Aman, amen dico vobis:
2 Non Moyses dedit vobis panem de caelo,
3 sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum.
4 Panis enim Qui est qui de caelo descendit et dat vitam mundo.
- E) 34 : Domine semper da nobis panem hunc.

vv. 35-47: Explicatur fides atque expectatio. ~~qui dedit et quibus datus hic panis.~~

- F) 35 : Ego sum panis vitae
2 qui venit ad me, non esuriet
3 et qui credit in me, non sitiet unquam
- G) 36-38: Sed dixi vobis
2 quia et vidistis me
3 et non creditis
4 Omne quod dat mihi Pater ad me veniet
5 et eum qui veniet ad me non eiciam foras
6 Quia descendit de caelo
7 non ut faciam voluntatem meam
8 sed voluntatem eius qui misit me
- H) 39-40: Haec est autem voluntas eius qui misit me Patris
2 ut omnes quod dedit mihi non perdam ex eo
3 sed resuscitem illud in novissimo die
4 Haec est autem voluntas Patris mei qui misit me
5 ut omnis qui videt Filium et credit in eum habeat vitam aeternam
6 et ego resuscitabo eum in novissimo die.
- I) 41-42: Murmurabant ergo Iudei ~~nde~~ illo quia dixisset
2 Ego sum panis vivus qui de caelo descendit
3 Et dicebant
4 Nonne hic est Iesus filius Joseph cuius nos novimus patrem et/ matrem
5 Quomodo ergo dicit hic: Quia de caelo descendit?

Io VI, De unitate et progressu sermonis Eucharistici

J) 44-47: Nolite murmurare in invicem
2 nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum
3 et ego resuscitabo eum in novissimo die
4 Est scriptum in Prophetis: et erunt omnes docibiles Dei.
5 omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me
6 non quia Patrem vidi quisquam
7 nisi is qui est a Deo, hic vidi Patrem
8 Amen, amen dico vobis
9 Qui credit in me habet vitam aeternam

Nb

Vv. 48-59: Explicatur panis vitae (quod id quid est; non quod modum quo recipitur)

K) 48-52: Ego sum panis vitae (Fl, 35)
2 Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt (C2
3 Hic est panis de caelo descendens
4(1) ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur
EEgo sum panis vivus qui de caelo descendit
5 Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum
6 Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita

L) 53(v.4,53) Litigabant
2 Quomodo potest hic nobis dare carnem suam dare ad manducandum?

M) 53-58 Amen amen dico vobis / sanguinem
2 (v.54-55) nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius
3 non habebitis vitam in vobis
4 qui manducat meam carnem et bibit meam sanguinem
5 habet vitam aeternam
6 et ego resuscitabo eum in novissimo die
7 Caro enim mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus
8 qui manducat meam carnem et bibit meam sanguinem
9 in me manet et ego in alio
Sicut misit me vivens Pater et ego vivo propter Patrem
10 et qui manducat me et ipse vivet propter me
Hic est panis qui de caelo descendit
11 non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt
12 Qui manducat hunc panem, vivit in aeternum

Vv. 61-72: Defectus fidei et confessio fidei.

N) 63-66: Hoc vos scandalizat?
2 Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?
3 Spiritus est qui vivificat; caro non prodest quidquam
4 Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt
5 Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt...
6 Propterea dixi vobis: J2
quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo

O) 67-72: Numquid et vos vultis abire
2 Domine ad quem ibimus: verba vitae aeternae habes
3 Et nos credidimus et cognovimus quia tu es Christus Filius Dei
4 Nonne ego vos elegi? Et ex vobis unus diabolus est.

Praenoto I.

De Promissione Eucharistiae: De cibo metaphorico (doctrina).

Is 55: 1, 2, Omnes sitientes, venite ad aquas; et qui non habetis argentum, properate, emite, et comedite; venite, emite absque argento et absque ulla commutazione vinum et lac. Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me; et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, et venite ad me; audite, et vivet anima vestra....

Deut. 8: 3 (cf Mt 4: 4) idem forte implicitum
dedit tibi cibum marina... ut ostenderet tibi quod non in solo pane
vivit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei

Ier. 15: 16, Inventi sunt sermones tui, et comedi eos...

Amos 8, 11: Ecce dies veniant, dicit Dominus, et mittam famem in terram; non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi verbum Domini

Prov. 9, 1 ff. (Sapientiae et stultitiae dissimile convivium)

Ecccli. 15, 3: Cibabit illum pane vitae et intellectus, et aqua sapientiae salutaris potabit illum

Ecccli. 24: 26, 29 (cf 1, 5 ff)

Notate: solo hoc loco implicatur "comedite me"

Sed agitur de personificatione attributi abstracti, scil. sapientiae Comparatur sapientia arbori quae frondem proferat et fructus

Eadem metaphora, nempe "cibus = doctrina", invenitur apud Iudeos posteriores (Philonem, Talmud) et in aliis linguis semiticis
Vide DTC 5: 996; Wiseman p. 63 ff.

Praenota 8

De metaphorica carnis manducatione.

si metaphorice dicitur,
alicuius carnes edere significat "grave nocumentum inferre praesertim
per calumniam et falsum testimonium vel falsam accusationem"

Ps 26, 2: Ds illuminatio mea et salus mea; quem timebo?

Ds protector vitae meae; a quo trepidabo?

Dum appropriant super me nocentes; ut edant carnes meas,
qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Job 19, 22: Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei,
quia manus Domini tetegit me.

Quare persequimini me sicut Deus
et carnibus meis saturamini?

[Wiseman: "and are not satisfied with (eating) my flesh?"]

Job 14, 10 ?, bug not Job 31, 31, ^{videlicet p. 4585.} scdm Wiseman p. 81 note.

Micheas 3, 3: Qui comedunt carnem populi mei (vide contextum)

Eccle 4, 5: Stultus complicat manus suas et comedit carnes suas...

Gal. 5, 15: Quod si invicem mordetis et comeditis: videte ne ab invicem
consumamini

Jac. 5, 3: ... manducabit carnes vestras sicut ignis (testimonium verum
contra vos)

Exempla arabica ex Koran, Nawabig, Hamasa, Meidan, Lokman collegit
Wiseman, p 83 ff. Notavit metaphoram esse in idea et non in verbo;
sicut anglice dicitur "backbite" pro calunnia (metaphora in origine
verbi), Arabes vero usurpant quaelibet verba quae ideam exprimunt
carnes comedendi.

In lingua chaldaica et syriaca eadem metaphora invenitur: unde versio
syriaca NT a Ochel Kartzo exarata semper vertit nomen "diabolus"
per verba "carnis comestor"; philologi antiqui versionem syriacam
studentes et vertentes arbitrati sunt nomen ~~edere~~ "edere" significare
"edicere" et nomen ~~εγγύησθαι~~ "frustum excisum" significare calumniam.
Postea vero Aben Ezra, et temporibus recentioribus Michaelis, Jahn,
Ammon in "Ernesti," Genesius, metaphoram agnoverunt.

Martialis, Lib vi, epig 64, v 31; lib v, epig 50, v 8; lib xiii, epig 2

Dictum Hillel in Targum saepius repetitum obicitur Wiseman p 98

"Israel Messiam non habebit quia eum comedenterunt in diebus Ezechiae"
Lightfoot vult sensum metaphoricum "gaudio eum repperunt"
Wiseman respondit "si gaudio erat receptus, non erat consumptus et
deest ratio cur non possit apparere"

"praeterea, Rabbini locum interpretati sunt hoc sensu:
'comedenterunt abundantiam temporis Messianici'; quod si recte, errat
Lightfoot; quod si male Hillel intellexerunt, tunc Hillel verba haud
dant normam rectae interpretationis alterius auctoris."

Prædicta

D

De possibilitate novae significationis metaphoricae inducendae inter Iudeos circa verba "carnem manducare" "sanguinem bibere."

a) Consideratio generalis: nomina proprio sensu usurpata facilissime ad sensus metaphoricos-vel derivatos vertuntur; at cum semel expressio metaphorica formatar et recipitur, difficillime alias sensus metaphoricus substituitur

Exemplo sit nomen "leo:" posset sane hoc nomen metaphorice designare vel agilitatem vel incessum solemnum vel dispositionem magnanimam vel instinctus nobiles; at usus metaphoricus iam est usu determinatus; qui dicit hominem esse leonem dicit eum esse fortissimum, tum physice tum moraliter (fortitudo, andreia); metaphora recepta praeoccupat sensum neque alia metaphora induci potest.

b) Consideratio particularis: adeo inter Iudeos vagebat horror comedendi carnes humanas vel bibendi sanguinem etiam animalis puri, tantum aestimabatur facinus et nefas, ut si nova metaphora introducta fuisset, nihil nisi horrendum nefas designare potuit

Gen 9, 4; Lev 3, 17; 7, 26; 19, 26; Deut 12, 16; 15, 23 prohibent potationem sanguinis

Lev 17, 10: minae divinæ formidolosissimæ contra sanguinem comedentes

1 Sam 14, 33; Ezech 23, 25; Judith 11: 10-12; Sap. 11, 7; Apoc 16, 6; Isaias 49, 26; 4 Esdras 15, 58; Jer 19, 8-9

Illustrant nefas et maledictionem eorum qui carnem et sanguinem comedunt.

Praecepta VI

Epilogus sermonis Eucharisticici (Io VI 61-72) DTC 5 1003 ff

62^b Hoc vos scandalizat?

↑ q Cicero Apud Sibennum I, p. 97 - In re publica corpora ut illam solum sit, quidquid est pretiosum amptatu.

Duravat. Multo illa durior: scilicet sunt improbi scelus.

Respondet supra dicto "Durus est hic sermo." [quis potest audire q. I. 8, 43, 7, 33 imp. /

B. Weiss supponit supplicium crucis discipulos scandalizasse.

At discipuli non aestimantur acuti ab evagelistis; semel tantum et modo velato de cruce locutus est Dominus (v. 51 caro mea est pro mundi vita) scilicet ante priorem litigationem (v. 52).

Mgr Batiffol dicit non tam esu carnis quam asserto Jesum e caelo descensum per Patrem vivere fuisse causam scandali -- at haec difficultas prior erat et diversimode exposita (v. 42 "filius Ioseph cuius nos novimus patrem et matrem")

Qui admittunt interpretationem eucharisticam, referunt scandalum ad obviam difficultatem "manducare carnem, bibere sanguinem, manducare me" -- Iudeis erat aliqua dubitatio de sensu quando prius dixerat Jesus "panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita" -- at vv. 53-59 omnem dubitandi possibilitatem abstulerunt -- reliquum erat ut sensus clare comprehensus accipiatur aut reiciatur -- qui reicere volebant, "durus est hic sermo" aiebant.

Causa huius rejectionis inferius explicatur per defectum fidei vv. 65^a 66 69-71.

63 Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius?

Quod dictum est vel ad augmentum vel ad diminutionem scandali.

Ad augmentum scdm Weiss, quatenus supponit Dominum inuisse non solum se crucem passurum sed et in caelum esse abiturum quin regnum messianicum terrestre carnalibus desideriis accomodatum stabiatur. Ut patet, haec longissime a textu et contextu ~~suum~~ absunt. Directe et expresse in contextu nihil de regno vel de carnalibus desideriis habetur.

Ad augmentum scdm alios etiam Catholicos. Miramini quod dixi me carnem meam ad esum daturum; quanto magis mirabimini quando me in caelum ascendentem videbitis!

cf. Ioh 1:50, 51; Mt 16:6, 64

Ad diminutionem scandali scdm plures auctores, ex vv. ss. patet Dominum aliquam explicationem dare. ergo haec dixit ut fidem fortificet et confortet, scilicet facilius credetis me de caelo descensum, me posse dare carnem manducandam et sanguinem bibendum quando videbitis me in caelos ascendentem.

64 Spiritus est qui vivificat: caro non prodest quidquam. verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.

His verbis triumphant qui negant sensum litteralem eucharisticum. Non potest idem homo asserere "caro non prodest quidquam" et tamen litteraliter dicere "qui manducat me et ipse vivet propter me"

Aut caro facit vivere, et tunc multum prodest; aut non facit vivere, et tunc litteraliter non sunt sumenda illa verba "qui manducat me, et ipse vivet propter me"

Praeterea, 2 Cor 3, 6 "littera enim occidit, Spiritus vero vivificat" Sensus ergo est: non est cur scandalizemini; non est durus sermo dictus; nam figurative est intelligendus. Quae dixi spiritualiter interpretata vivificant, litteraliter interpretata nihil prosunt; at quae dixi sunt dicta spiritualiter, sunt spiritus et ideo vita.

Praeterea, Xitus homo est Deus incarnatus, est Lux et est Vita ffagilitati humanae accomodata; absurdum ergo supponere quod agitur litteraliter de carne et sanguine hominis.

Praecepto VI con'd.

Epilogus sermonis Eucharisticici (con'd)

Omissis explicationibus rationalistarum, notamus sententias cath.

1. Wiseman memorat saepissime in SScr "spiritum" significare gratiam divinum, auxilium Dei, "carnem" autem significare iudicia humana et carnalia -- sensus ergo est "quae dixi vobis postulant et supponunt fidem divinitus datam; ~~vos-modo-humane-et-carnali-me-intellexistis~~ gratia enim vivificat; ratiocinium et intellectus humanus per se solus non sufficient; caro non prodest quidquam; verba quae locutus sum vobis spiritus et vita sunt, ie pestulant fidem

Bene quadrat cum contextu -- antea et postea enim de fide agitur -- verum est "spiritus" et "caro" sic opponi multo magis apud Paulum quam apud Ioannem -- etiamen apud Ioannem invenitur aliquo modo, Io 8 15 "vos scdm carnem iudicatis." -- manet tamen haec difficultas: "caro" debet sumi, si possibile, eodem sensu in v. 64 ac in vv. 51-59

2. Batiffol similiter versum interpretatus est: at pro eo non agitur de Eucharistia; scandalum non est manducare carnem sed Jesum divinum; ergo bene interpretatur scdm suam interpretationem generalem

3. Reicienda sunt interpretationes longe exquisitae: oppositio oppositio non est inter "spiritus" et "littera" sed inter "spiritus" et "caro" -- 2 Cor 3 6 non est regula interpretationis S. Ioannis Oppositio non est inter "spiritualis manducatio per fidem" et "carnalis manducatio per os" -- hoc adventitium

Oppositio est inter "spiritus" et "caro", et ita oportet sumere "carnem" ac in vv. 51-59 nisi fortissimis argumentis contradictorium suadetur -- idem enim nomen diversis sensibus simul sumi non oportet cum in loquendo tum in interpretande.

Asseritur principium generale: spiritus est qui vivificat, scil., spiritus est principium vitae, principium vitale; caro non prodest quidquam, scil. caro qua caro, qua separata a spiritu humano et divino, nihil prodest (Ita Cyrillus Augustinus Thomas Beda Rupertus Caletanus Toletus Iansens Maldonatus Baronius Corluy) Unde effectus vitae aeternae attribuenda est non carni qua carni sed carni qua Verbi Incarnati Ita Thomas etc. Durand.

Obicitur: hoc est longe exquisitum.

Respondeo: his est sensus verborum litteralis: spiritus est qui vivificat, scil., principium vitae -- sensus litteralis -- caro non prodest quidquam, si sumitur una cum assertis prioribus quod caro manducata dat vitam aeternam, directe implicat distinctionem, non quidem formaliter enuntiatam nam sic populares non loquuntur, sed per contrastum expressam, inter carnem qua carnem et carnem qua manducandam.

Verba quae ego locutus sum...

Dupliciter: aut ipsa verba aut, per notum hebraismum, res dictae ipsa verba (Knabenbauer sequens Rpp Bar Schl Schz Fillion) res dictae (Alb. Thom. Cai. Tol. Patrizi, Corluy, Ruch,

Si ipsa verba, tunc verba quae non qua exterius sonantia sed qua interius suscepta operantur spiritum et vitam; vel verba consecrationis quae sunt efficacia spiritus et vitae

Si res dictae, tunc res promissae seu nutrimentum cibus potus sunt spiritualia et vivificantia

4. Plena explicatio deesse videtur: sed Dominus non retractat, secus discipuli non abierunt neque suspicari potuit etiam duodecim abituros.

Praesatio VII

De Promissione Eucharistiae In I^oannem VI [DTC 5: 991]

vv. 1 - 15, de multiplicatione panum.

- a) sunt critici ut Loisy, Réville qui autumnant evangelium quartum non esse opus historicum sed symbolicum et didacticum unde multiplicatio panum apud Ioannem est meditatione quaedam religiosa super themate a synopticis proposito ideoque querunt in singulis elementis huius narrationis sensum quemdam absconditum, spirituale, mysticum
- b) quin criticos sequamur eorumque modum exageratum, debemus agnoscere tum analogiam inter panum multiplicationem et eucharistiam tum etiam praeparationem promissionis in miraculo patrato.
- a') analogia actionis: elaben, eukharistesas, diedoken
Io 6 11; Cf. Mt 26 26-27; Mc 14 22-23; Lc 22 19
- b') analogia materiae (panis), analogia effectus proximi (panis multiplicatus, Xtus quasi multiplicatus), analogia effectus ulterioris (nutrimentum carnale multitudinis, nutrimentum spirituale fidelium)
- b') Dominus praeparavit mentes hominum ad panem caelestem per panem miraculosam terrestrem
in quantum unum miraculum facit aliud credibile
in quantum bonum temporale facit-bonum-spirituale manuducit ad bona spiritualia

vv. 16 - 21, de ambulatione super aquas.

- a) Loisy et alii etiam hoc miraculum meditationem symbolicam faciunt: Xtus potest esse cibus animarum quia corpus eius transcendent leges ponderis (super aquas) et spatii (statim ad terminum pervenit)
- b) at fieri potest quod ibi narratur hoc miraculum quia auctor tunc id patratum credidit; ut monstravit Battifol hanc Loisy sententiam fictitiam esse tum-fundamento tum applicatione tum maxime fundamento animarum
- c) agnoscenda saltem est praeparatio per miraculum ad miraculum maius

vv. 22 - 26, indicia temporis et loci et personarum

- 26 - 29, transitus de pane quem dedit Xtus-ad-panem-vitae-qui ipse-est.
Xtus ad nutrimentum corporale ad panem vitae aeternae
27: operamini cibum qui permanet
29: quod opus est fides in eum quem Pater misit
30 - 40, transitus per interrogatiem-signi petitionem signi
ad duplēm panem caelestem: manna, et ipse Xtus
idem donator utriusque panis: Pater
at unus panis non tollit mortem, aliis dicit in resurrectionem
41 - 47, reiteratio doctrinae
48 - 59, sermo clare eucharisticus
60 - 72, epilogus

Thesis: Apud Ioannem Xpus promisit se daturum corpus et sanguinem suum in verum cibum et in verum potum

Nota: Non sine temeritate hodie negaretur

Argumentum: (Suppositis authentia, valore historico, inspiratione)
capaci et

hoc loco/ Sensus ab auctore/veraci intentus est sensus verus eius verborum
Atqui sensus litteralis est sensus/intentus cum ab ipso Xto tum
a S. Ioanne quorum uterque est verax et capax auctor
Ergo sensus litteralis est sensus verus loco citato

Declaratur maior:

Intentio est actus voluntatis ordinantis media in finem
Sensus intentus est finis (actus intellectus auditorum) in quem
ordinantur media (verba, affirmations, alia signa)

Quando auctor est capax ordinandi media (verba etc) in finem
(actum intellectus intentum) et quando auctor est verax ita ut efficaciter
media in eum finem ordinat, tunc coincidunt "sensus intentus" et "sensus
verus" (sensus intentus:: id quod auctor mente vult; sensus verus::
id quod verba et alia signa re vera exprimunt)

Probatur minor:

NB supposita inspiratione, paecluditur dubium de capacitate, de
veracitate; praeterea, coincidunt sensus intentus a Xto et sensus
intentus a Ioanne.

Ergo probandum est sive Dominum sive Ioannem intendisse sensum
litteralem; et probatio erit ex cumulatione indiciorum sub 4/ capitibus.

A. Ex circumstantia praevia: v. 53 Quomodo potest hic nobiscarnem
suam dare ad manducandum.

Asseritur Iudeos litigantes intellexisse Dominum litteraliter;
et assertum suedetur a) ex obvio verborum sensu b) ex litterali
mentalitate Iudeorum cf praenotamen 5m.

B. Ex eo quod Dominus summo ingenio omnes expressiones et affirmations
selegit quae Iudeos in hac litterali interpretatione confirmarent

1. Expressiones quae litteralem interpretationem confirmant

- a) addendo "bibere sanguinem" 54 55 57
- b) addendo "trogon" "dentibus communere" ad phagein 54 56 57 58
- c) addendo "trogon me" ad "trogon sarka mou" 57
- d) ubi sensus metaphoricus iam praeoccupatus et hoc loco impossibilis
nam nocere Dominum, eum falso accusare, non dant vitam aeternam
- e) ubi sensus litteralis de se abhorrendus neque ipse sine necessitate
sensus intenti adhibendus neque ad novam metaphoram vertibilis nisi
ad aliquid odiosum et abominabile designandum

2. Affirmations quae litteralem interpretationem confirmant.

- a) Modus solemnis asseverationis: Amen amen dico vobis, 54.
- b) Circa rem maximi momenti (vita aeterna) ubi claritas exigitur.
- c) Per efficacem locutionem simul negativam et positivam relate ad
vitam aeternam 54 55 4 Mc 16, 16 Qui credidit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui non
credidit, condemnabitur.
- d) Affirmando verum cibum et verum potum 56
- e) Affirmando analogos cibi et potus effectus: quedam quasi
intussasceptio (manet in me... 57); quae vitam efficit (vivet propter
me 58)
- f) Affirmando effectum diversum ab effectu fidei (fides: venit ad me,
trahitur ad me, credit in me; caritas manet in me, vivit propter me,
cf Io 15 et 17.

Argumentum (con'd)

- g) Recapitulando omnia praecedentia "panis de caelo" "non sicut manna" "vita aeterna" v. 59
- C. Ex circumstantiis subsequentibus hanc declarationem.
- a) Dominus attribuit oppositionem ad suam doctrinam eiusque refectionem non malae interpretatione sed defectui fidei vv 63 65a 66
 - b) Permittit non solum Iudeos adversarios sed et discipulos abire; (67) id quod incredibile est si de mala interpretatione verborum agebatur
 - c) Duxit possibile ut et apostoli abeat 68
 - d) Id quod non faciunt, non quia non litteraliter verba eius interpretationi sunt, sed quia sciunt eum habere verba vitae aeternae et credunt eum Filium (Gr. Sanctum) Dei.
- D. Ex generalibus circumstantiis totius sermonis. Vide inf formam arg.
- a) Dominus venit facere voluntatem Patris suae, fundare non regnum terrestre sed regnum caelorum
 - b) Post multiplicationem panum et voluntatem p^{ro}m^{ulgationis} multitudinis ut fiat rex regni terrestris, debuit-Dominus potuit Dominus ad tempus se abscondere, sed debuit citius vel tardius clarissime declarare characterem supernaturalem, mysteriosum, sui regni.
 - c) Quaerit ergo mentes eorum ad desideria caelestia erigere, et intellectus eorum praeparat disserendo de fide. 26-47
 - d) Eis proponit credendum "mysterium fidei" quoad id quod est: manducare carnem et bibere sanguinem.
 - e) Prudentia sua iudicavit inopportunum explicare modum huius mysterii, scilicet, caro sub specie panis et sanguis sub specie vini; si enim incredulis sic proponebatur, periculum aderat ne male intelligeretur et ipsa veritas obscuraretur
 - f) Toleravit defectionem eorum qui re vera non credebant: uti enim testatus est, totum pendet a Patre; si Pater traxerit, credebunt; si Pater non traxerit, non credebunt -- non eius erat adaptare veritatem ad eorum capacitatem (sic enim confirmarentur in falsa notione Messiae), sed facere voluntatem Patris, veritatem proponere, et gratiae divinae operanti relinquere effectum.
- D. Forma argumenti
- Supposito sensu litterali, omnia bene intelliguntur; supposito sensu metaphorico quolibet, non intelligitur (cf sup D a-f)
- a) Nexus generalis circumstantiarum: crisis inter Messiam terrestrem ad mentem multitudinis et Messiam caelestis regni mysteriosum.
 - b) Nexus totius sermonis eiusque concinnitas: cur de fide, si nihil proponitur fide amplectendum; cur primo clare de fide, et deinde modo inusitato, aenigmatico, inintelligibili, sub horrendis metaphoris de re summi momenti
 - c) Permissio defectionis Iudeorum discipulorum immo apostolorum
 - d) Attributio huius defectionis non aenigmatico et inintelligibili loquendi modo sed insufficientiae fidei immo ipsi Patri caelesti qui Iudeos et discipulos non efficaciter ad credendum traxerit

Obicitur

1. Sensus litteralis admitti nequit, et ideo sensus metaphoricus est quaerendus; antecedens probatur.
 - a) Iudei non erant anthropophagi. Ergo certo certius qui inter eos de carne sua manducanda et sanguine bibendo loquitur, metaphorice est interpretandus.
 - b) Carnem manducare et sanguinem bibere nobis nauseam non affert quia de sacramento panis et vini cogitamus. At hoc sacramentum tempore huius sermonis non erat institutum, neque de sacramento futuro Ds verbum movet. Sensus ergo litteralis fuisse anthropophagia crassa; qua non accepta, ponendus est sensus metaphoricus.
 - c) Praeterea, qui legit scripturam, pro principio habere debet Dominum saepe et ex consilio deliberato Iudeis loqui parabolis obscuris ad eos puniendos propter duritatem cordis. Mt. 13 9-17 Ergo sensus quidam parabolicus etiam hoc loco est quaerendus.
 - d) Praeterea, quamvis Dominus interdum male intelligentes correxit, hoc sane non semper fecit sed malam intelligentiam a Iudeis manifestatam permanere permisit.
Io 2 18-22: Ds loquitur de corpore suo tamquam de templo; Iudei eum male intelligunt de edificio sacro hierosolymtano et hanc accusationem postea contra eum proferunt (Mt 26 61); ipsi apostoli verum sensum non intellexerunt ante resurrectionem.
Io 4 10-15: mulier Samaritana intellexit aquam metaphorice dittam sensu litterali; Ds minime eam illuminavit hac de re sed ad aliam transit
 - e) Praeterea, in hoc ipso sermone abundant expressiones metaphoricae tum ante partem dictam eucharisticam (vv. 53-59) tum etiam testante v. 64 (Spiritus vivificat etc.) in ipsa parte eucharistica.
 - f) Cum prima parte de fide certo agit, unitas sermonis exigit ut etiam partem posteriorem de fide tractat.

Respondeo

- a) Iudei non erant anthropophagi, C; ergo sensus litteralis excluditur, dist.: si Dominus non proponebat mysterium fidei et eos de necessitate fidei antea non clare instruxit, C; si proponebat mysterium fidei et de necessitate fidei antea eos instruxit, imo postea ad defectum fidei reiectionem suae doctrinae attribuit, N.
- b) Sacramento nondum instituto, sensus litteralis fuisse anthropophagia crassa, Nego: fuit mysterium fidei, quod quodd id quod est iam proponitur, quoad modum quo est, exspectandum erat cum fide in bonitate et humanitate Domini -- cf Io 6 69-70
- c) Dominum locutum esse pergerso quodam desiderio obscuritatis, N; Dominum pro fragilitate eorum mysteria regni modo isti temporis accommodato proposuisse, C -- Ergo adest sensus parabolicus et metaphoricus, N; adest mysterium fidei, C.
- d) Haec non tangunt nostrum argumentum: non enim diximus Dominum semper omnia explicare; diximus veram esse intelligentiam quam Ds reaffirmat, falsam esse intelligentiam quam Ds correxit -- in locis citatis Ds neque corrigit neque reaffirmat.

Praeterea, templum pro corpore erat metaphora usitatissima:
Is 38 12; Job 4 19; 1 Cor 3: 16 17; 6 19; 2 Cor 5: 1 2 4; 7 16

Obicitur (con'd)

Sunt exegetae qui opinentur Dominum digito suum corpus indicasse quando dixit hoc templum, Iudeos malevolentia ad templum-edificium verba torsis, difficultatem apostolarum non in sensu verborum sed in intellectu prophetiae resurrectionis fuisse.

Alii exegetae opinantur duplicem adfuisse sensum in verbis Domini, scilicet, Dominum more propheticō esse locutum, ut sensus sit "Destruite hoc templum, aedificium in quo sumus, destruite religionem iudaicam, et-in-tribus-diebus quae tota in expectatione Messiae fundatur, et in tribus diebus per resurrectionem huius templi-corporis mei- aliam religionem, Iudaicae succedaneam, exstruam.

Unde de est paritas.

Quantum ad Samaritanam, totus sermo in eo est ut per conversationem cum hac muliere Ds ad se traheret totum populum illius civitatis ut eis praedicare possit -- finis erat non instructio mulieris sed convictio praesentiae alicuius prophetae, immo Messiae.

e) Nullibi in SScri illud nomen "caro" significat sensum litteralem verborum (Wiseman p. 172) id quod agnoscitur a protestantibus eruditis omnibus (ibid 175-78)

Neque ulla retractatio hoc versiculo fit a Domino, cum post haec verba quaerat utrum apostoli discipulos sequentes erantabituri sint.

De usu NT "spiritus" "caro" vide Rom 8 1-9 Gal 5 13-26; 1 Pet 4 6 consule Mt 26 41; Io 3 6 Rom 7:5-6 et 25; 1 Cor 5 5; 2 Cor 7 1 Gal 3 3 Gal 4 8; 1 Pet 3 18; circa originem locutionis vide Jo 8 15; Rom 13 14; Gal 2 20; 2 Pet 2 10.

Unitatem-totius-sermonis-antea-explicavimus.

f) Unitas totius sermonis iam est explicata.

Narratio caenae apud Lucam. Lagrange, p 542 ff.

Lc 22 14-20 citantur vv. Mt Mt 26, 26-29 Mc 14, 22-25 1Cor 11, 23 ff

1. Nullum dubium quod scdm Lucam Ds pascha celebravit. Cf 14 15 cum vv. lff et 7-13.

/quia ultimum; valedictorium

2. Epithumia¹ epithumesa: hebraismus -- desideratur non quia primum sed

3. touto to pascha: scil. agnum paschalem
scil. non dies festus de quo v. 1, sed id quod occiditur v. 7,
paratur vv. 8, 13, manducatur v. 11.

4. pleroth²: ubi realitas successit figuræ; ubi id quod paschate
iudaico figurabatur, iam in realitate novi regni habetur

5. basilia tou theou: initaatum scilicet in terris, complendum in caelis
Verba Di includunt duplum aspectum. Novus agnus paschalis novi
regni statim manducabitur.

6. poterion: scdm Mischna (Pesahim X) quater unius cuiusque calix
vino implebatur; Lucas non curat de quoniam calice agatur; id quod
si vult est manifestare elementum symbolicum paschatis relate ad
eucharistiam

7. diamerisate: sive quia omnes ex uno calice biberunt sive quia
ex uno calice maiore in alios minores vinum transfundebatur.

8. ou me pio: creditur Ds bibisse etiam de hoc calice cum pars
fuit ritus iudaici; verba eius ad futurum referenda sunt; significant
hoc esse ultimum pascha; umbram fugat veritas

9. his quattuor versiculis, Lucas proponit analogiam inter pascha
iudaicum et eucharistiam; pascha sumitur dupli elemento, agno
manducando et vino bibendo; eucharistia sumitur duplici elemento,
^{Exod 12, 13}¹ pane manducando et vino bibendo; pascha est figura praeanuntians
eucharistiam at, eucharistia instituta, pascha vetus abolitur.

10. Comparantur Lc v. 18 cum Mt 26 29, Mc 14 25. Duplex quaestio.

Utrum verba Lucae sunt Di an potius id quod habetur apud Mt et Mc.
Videtur Lucas substituisse verba simpliciora et clariora. Confirmatur
Mt 24 33: prope est in ianuis Mc 13 30 in proximo sit in ostiis
sed Lc 21 31 prope est regnum Dei

Utrum praferendus sit ordo narrationis apud Lucam ordin³ qui
invenitur apud Mt et Mc. Respondetur affirmative: cum ex generali
consideratione quod Lucas magis attendit ad ordinem chronologicum;
tum etiam quod "ouketi ou me pio" refert ad actionem saepius antea
factam, id quod non verificatur in eucharistia semel et recenter sumpta.

Notandum: adest duplex aspectus regni -- sicut eucharistia
sequitur pascha iudaicum, ita vinum novum in regno caelesti sequetur
eucharistiam -- de priori sequentia ~~MkxMz~~ Lc, de posteriori Mt et Mc

Narratio Caenae apud Lucam, con'd.

11. Lc eukharistesas sicut Pl; eulogesas apud Mt et Mc.
Postea circa calicem: Mt et Mc eukharistesas, Lc et Pl ~~sicut~~ osautōs.
In V. T. eukharisteo semper habet sensum proprium "gratias agere;"
at in N. T. videtur etiam habere sensum "benedicere"
Nam in prima panum multiplicatione apud Mt Mc Lc eulogesas,
apud Io eukharistesas; in altera panum multiplicatione Mt et Mc
sicut hic de calice habent eukharistesas -- La grange concludit
existentiam traditionis quod ~~benedictio-Domini-etiam-erat-gratiarum-~~
~~actie~~ oratio Domini benedicentis panem ante distributionem etiam
actio gratiarum erat.
12. labete apud Mc omittitur apud Lc: inutile forte videbatur post edoken
13. additur verbum Pl proprium: to uper umon, cuius sensus clarior
factus est per participium didomenon
participium praesens: iam corpus Domini datur pro vobis ~~si vos dominum rigueris~~
~~ne ha regnos dum in Karm tunc in NT. auctoritas contra~~
14. touto poieite: scil omne iam dictum et factum ~~memoriam tempore presentis~~
in memoriam: cf Ex 12 14; 13:9; Deut 16 3 -- Israelites debebant
incipere manducationem paschatis in memoria liberationis suae
ritus qui in commemorationem repetitur non eo ipso est ritus
symbolicus: ritus repetitus eamdem habet realitatem ac ritus ~~qui~~
initialis qui repetitione commemoratur.
15. osautos: scil. quod dicitur apud Mc Mt et spp apud Lc de pane:
eukharistesas edoken piete epion
16. touto to poterion: to melius intelligitur apud Lc quam Pl
cum iam de alio calice supra locutus erat Lc; apud Pl de maiori
calice; vel cum etiam v. 17 habet articulum in aliq textibus,
dicendum quod non multum refert.
17. ekkunnomenon, ab "ekkhuno" verbum hellenisticum rarum pro ekkheo,
cum "n" finale duplicatum ad modum dialectae seblicae
hoc ad modum Mt Mc, non apud Paulum scdm quem prior pars versiculi
uper umon, cf sup de pane et Pl ibid, contra uper pollon peri pollon
scdm sensum, refertur ad "aimati" quocum concordat genere etsi non
casu ~~tempus praesens cum verbo prime. praesens: classica, praesens; hellenistica, futurum~~
18. h kaine diatheke in to meo aimati
diatheke: testamentum mortis causa Hebr 9 16; ita in lingua
attica et hellenistica; apud LXX saepe ponitur ad reddendum BRITH
et indicat foedus bilaterale; hoc sensu locus hic correspondet Exod 24 8:
"Hic est sanguis foederis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis
sermonibus his." ~~Hebr 9:15-22 cf Hebr cap 9 cap 10:1-18 de sacrificio~~
est foedus in meo sanguine (per meum sanguinem) dedicatum, sanctum
nomen foedus: Kaiyy qd Jeremias 31,31 ff Hebr 8:6-13

Textus Lucanus: de institutione eucharistiae.

(Goossens, p 101 ff)

Varii sunt textus huius pericopae

1. Textus alexandrinus, receptus, longior. (Uti apud Merk, folia, etc.
Invenitur in omnibus MSS graecis, -in-verso-Lat--antiq--e-f-q-p2-r-aure
excepto D (codex Bezae Cantabrigensis)
Etiam invenitur in vers lat antiq: c f q r² r aur; vers vulgata,
sahidica, bohairica (uno MS excepto), et ethiopica.
2. Textus brevior.
Idem ac textus receptus usque ad 19a inclusive (soma mou); omittit
19b et 20; incipit de novo ad 21, plen idou
Invenitur in MSS graeco, D.
Invenitur in vers lat antiq: a d ff² i 1
3. Textus latinus dictus b et e (b: veronensis; e: palatinus)
Continet hoc ordine vv. 15 16 19a 17 18; omittit 19b 20; inserit
19a inter 16 et 17.
4. Textus versionis syriacae Curetonensis.
Continet vv. 15 16 19 17 18; omittit 20; ponit 19 inter 16 et 17.
5. Textus versionis syriacae Sinaiticæ.
Continet vv. 15 16 19 et aliquid conflatum ex 20a 17 20b 18
scilicet kai osautos meta to deipnesai dexamenos to poterion
eukharistesas eipen Labete touto diamerisate eiseautous touto estin
to aimou e kaine diatheke. lego gar umin oti apo tou nun ou me
pio... etc ut in 18. (textus ut aequa Frankland.
In Early Eucharist
p119 London 1902)
6. Textus versionis syriacae Peschitto dictæ.
Continet vv. 15 16 19 20; omittit 17 18.
7. Addi potest unum MS bohairicum (Goossens p 102, note 1)
Continet vv. 15 19 20; omittit 16 17 18.

Unde: 19b et 20 omittuntur apud vers lat antiq sub 2 et 3
20 omittitur apud vers syr Cur, transponitur 19
20 conflatur cum 17 et 18 apud vers syr Sin

Marcion habuit v. 20 (certum ex Tert. IV 40; scdm Harnack [Marcion p 215]
aderat v. 20 sine illo verbo "kaine;") at unum calicem tt. scdm Zahn.
(citavi e Goossens p 102 note 2, qui refert MJLagrange, S Luc, p546)

Diatesseron arabicum omisit ix unum calicem (v. 17); habuit dupl. consecrat. nem ad modum Mt.; habuit "hoc facite in mei memoriam"
quod probat apud Tatianum v. 19b.

Opiniones praecipuae:

1. Praefertur textus alexandrinus: Tischendorf, von Soden, Vogels, Batiffol, R.A. Hoffmann, Goguel, Lagrange, Ruch, Van Crombrugghe.
2. Praefertur textus brevior, D: Westcott-Hort, B. Weiss, Nestle, Burkitt, Haupt, Loisy, Huber.
3. Authentia totius v. 19 negatur a Bate, et (non iam sed aliquando) a Lietzmann.

Rationes criticae circa textum lucanum. DTC 5 1074 ff Goossens p 102 ff

1. Dicitur 19b et 20 sunt additamenta e Paulo et Marco.

25a apud Paulum dat 20a apud Lc; hoc completur per to uper umon exkhunnomenon ex Marco; uper umon ponitur pro uper pollon propter 24 apud Paulum

24b apud Paulum dat 19b apud Lc; additur didomenon ad assimilationem cum ekkhunnomneon

Suadetur haec non esse facta ab ipso Luca
quia Lucas non supprimit copulam est in 20b, imo ubi deest in fontibus
suis novies copulam addidit
quia Lucas bene phrases contruit, ideoque non scripsisset ekkhunnomenon
ubi ekkhunnomeno₁ esset legendum
quia Lucas non utitur epistolis paulinis in compositione Actorum,
ergo non est usus in compositione evangelii

qua Didache 24:17 omittuntur R6,

Explicatur omissio 19b et 20 in Luca quatenus caenam eschatologiam
descripsit (vv. 15-18) in-qua-sela-panis-eenseeratie-narratur
et solam panis consecrationem more suo (Lc 24: 30 35; Act 2 46) narrat

Explicatur occasio introductionis 19b et 20

Initio Lucas unum opus composuit quod et evangelium et acta
continebat; at quo tempore canon est formatus, divisio operis Lucani
facta est et prior pars ad evangelia est assimilata.

Porro haec assimilatio et simul usus liturgicus aliquas emendationes
inspiravit. In capite 24 Lcaeae evangelii lucani ad vv. 6a, 11, 36,
40, 51, 52, omittuntur a D, a vers lat antiq, et interdum a vers. syr.,
modo uniformi varia elementa quae in caeteris textibus habentur;
haec elementa sunt additamenta ad assimilationem evangelii lucani
ad alia evangelia. Ergo simile quid fieri potuit circa cap 22, 19b et 20.

2. Dicitur textus longior esse genuinus, et alii omnes ex eo
explicari possunt.

a) Supposito quod 19b et 20 non sint authentica, fuisse, unus
tantum calix apud Mt Mc Paul et in usus liturgico. Introductio
alterius calicis haud credibilis videtur.

b) Supposito quod 20 sit e Paulo, mirum quod interpolator non
etiam introduxit secundum praeceptum reiterationis (touto poieite...)

c) E contra, supposita genuinitate 19b et 20, ipsa praesentia
duplicis calicis difficultatem creabat; scribe credere potuerunt
duplicationem quamdam in textum inrepsisse, ideoque unum calicem
supprimendum fuisse.

Syr Pesch omisit priorem calicem, 17 et 18

Syr Sin conflavit unum quid e 20a 17 20b 18 ut prior calix omittetur

Syr Cur ex examine Mt vv 28 29, Mc vv. 24 25, erravit supponendo
Lc vv. 17 18 esse calicem eucharisticum; ideoque omisit 20.

D et vers lat antiq, credentes duplicationem ortam e Paulo,
non solum 20 sed etiam 19b omiserunt. *we ne assimilationem duplicitis Mt et Mc.*

Vers lat antiq b et e ordinem Mt Mc Pauli Liturgiae restituerunt
movendo 19a inter 16 et 17.

N.B. Didache #9 Chalice before bread - Eucharist eaten - consecrated?

Ad quaestioneis solutionem:

1. Critica solutio est per historiam textus; quam cum adhuc ~~man~~ nemo sit aggressus, methodo secundaria per comparationem textuum et selectionem eius ex quo caeteri melius explicitur procedere necesse est.
2. unicum elementum quod dogmatico interest est verbum "didomenon" hoc enim nisi apud Lucam non habetur
at facile intelligitur apud Paulum, ideoque dogmaticus procedere potest in tota sua argumentatione praesisione facta a 19b et 20 apud Lc.
3. Lagrange tenet non textum D influxisse in versiones lat antiq., sed e contra textum D ~~xxx~~ subiisse influxum versionum latinarum
"non pas à la suite de D mais entraînant D, dont la dependence des latins n'est pas contestable" p 546 ~~xx~~ commentum.
4. Constat de similaritate inter Lc et Pl; non excluditur fons communis utriusque; potuit Lucas intendere ekkhunommaon in concordia cum poterion; circumstantiae concretae quae nescimus potuerunt dare causam omissionis copulae (sed hoc est difficultas)
5. Absonum dicere Lucam voluisse omittere consecrationem calicis: tum ex certitudine aliunde habita de hac consecratione, tum ex familiaritate Lucae cum liturgia ecclesiae nascentis.
Si voluit Lucas alios corrigere, cur non hanc suam mentem exposuerit. Nullum adest indicium talis mentalitatis.
6. Structura longioris textus est cohaerens et splendida: vv. 15 16 de agno paschali eiusque fine seu adimpleteone proxima; vv. 17 18 de potu paschali eiusque adimpleteone proxima; vv. 19 20 de pane et vino novi testamenti.
7. Si vere D subiit influxum versionum, tunc tota difficultas non e graecis codicibus sed e versionibus est orta.
Facile intelligitur haec difficultas fuisse apparens duplex calix apud Lucam
Contra versionum auctores in diversas partes abeuntes, standum est pro unanimitate codicum graecorum.
Nisi etiam omissa esset 19b, haec positio plana et fere indubia videretur.
8. Confirmant multi critici indépendentes qui favent textui longiori; allegantur a Ruch DTC 5 1073 praeter catholicos Batiffol Berning, Tischendorf, Merx, Spitta, Julicher, Schmiedel, Schultzen, RA Hoffmann Cremer Resch Lichtenstein Feine OHoltzmann Clemen WBauer Goguel etc

Utrum caena dominica etiam caena paschalis fuerit. Goossens pp 110 ff
Exod 12, Deut 4 1-8 Luit 23

1. Disceptant critici, fere aequales in utramque partem abeunt.
Negant: Goguel WBrandt Haupt Joachim HHWendt Andersen OHoltzmann
Batiffol ESchwartz Harnack
Affirmant: Keim Weisäcker ABrandt Chwolson EStapfer AReville
Schaefer Bovon Zahn PWSchmidt Clemen
2. Scdm synopticos certum videtur Xsum celebrasse pascha die ante mortem
Jubet discipulos pascha parare: Mc 14x~~z~~ 12ff; Mt 26 17ff; Lc 22 18 7ff
Quod imperium exsecutioni mandatur: Mc 14 16 Mt 26 19 Lc 22 13
Ipsa caena explicite dicitur pascha a Luca: 22 15-16
Praet rea videtur quod dies erat legalis ut pascha celebraretur
Mc 14 12 Lc 22 7 Mt 26 17 cf Exod 12
3. Disputatur tamen utrum 14 Nisan potuit dici "primus dies azymorum"
Exod 12 18-19, a die 14 ad 21m, septem diebus, a vespere ad vesperam
Strack-Billerbeck: manducatio fermentati interdicebatur ab hora
10 vel 11 a.m. ~~dixi~~ manducatio vero azymorum non permittebatur
ante celebrationem paschatis; habitualiter dies 15 Nisan dicebatur
primus dies azymorum
Chwolson supponendo fontes aramaicos hypothesis proponit "primus dies"
est versio erronea pro expressione aramaica "ante diem azyomorum" etc
Resch similiter at supponendo fontes hebraicos pro evangelistis
Goossens arguit diem 14m dici potuisse primum diem azymorum, scil.,
quo fermentatum abesse debuit
4. At sunt difficultates chronologicae, legales, et ex ipsa narratione caenae
Mortuus est dominus feria VI: Mc 15 42; Mt 27 62; Lc 23 54; Io 19:31 42
et die praecedente ad vesperam caenam celebravit: Mc 14 17 Mt 26 20
Lc 22 14 Io 2 13 lff; 18 lff.
At scdm Ioannem caena celebrata videtur die 13 Nisan, Mors evenisse 14a
"pro de tes eortes tou paskha" celebratur caena: Io 13 1
Inter caenandum exiit Judas et credunt discipuli quod vult aliquid
acquirere "eis ten eorten" Io 13 29
Iudei praetorium non intrant ut possint pascha manducare: Io 18 28
Iste dies erat paraskeue tou paskha Io 19 14
Dies sequens erat "megale e emera ekeinou tou sabbatou Io 19 31
id quod optime intelligitur si sabbatum etiam pescha fuerit
Jesus est verus agnus paschalis "os non comminuetis" Io 19 33-36
cf Exod 12 46 Num~~9~~ 12 et non Ps 34 21 ubi agitur de iustis in genere
Id quod melius verificaretur si ipso die 14 mortuus erat quando
agniculi occidebantur in templo
Scdm Spitta eiusdem traditonis indicium apud Synopticos -- Mc 14 2 Mt 26 5
inq pontifices non volunt occidere Dm durante festo sed ante.
5. Difficultates legales sunt variae transgressiones legis si caena die 14a
In die 15o non potuerunt Iudei ante Pilatum constituere Iesum neque
eius mortem exsecutioni mandare Mc 14 53 ff et loc par
Jesus non debuit exire in hortum Gethsemani Mc 14 32 ff
Turba non debuit venire cum fustibus et armis Mc 14 43
Discipuli non debebant gladiis armari Mc 14 47
Simon Cyrenaeus non debuit laborare in campis Mc 15 21
Josephus Arimatheus non debuit mercari sindonem Mc 15 46
Mulieres non debebant parare aromata etc Lc 23 46
Quae omnia sunt indicia ex synopticis ad chronologiam Ioannis stabilendam
- Difficultates ex ipsa narratione petita
Nihil de lactucis agrestibus Exod 12 8; nihil de ipso agno; nihil /anno
de ~~fex~~ pane azymo (artos et non azumos); ritus postulabat 4 calices, in
et ad summum habemus duos; latio pedum et deduntatio traditoris/semel
non quadrant cum ritu paschali; frequens eucharistiae celebratio, paskha

Utrum caena celebratio paschatis?

6. At considerationes ex narratione parvi momenti videntur: finis non erat descriptio totalis sed narratio institutionis eucharisticae. Facile ergo omittebantur mentiones lattucarum, 4 calicum, immo ipsius agni cum novum symbolum introducebatur. Artos est nomen genericum significans vel non-fermentatum vel fermentatum. Lotio pedum et denuntiatio traditoris explicantur circumstantiis extraordinariis illius caenae ultimae tum Di tum religionis iudaicae. Institutio eucharistica et frequens eius usus non essent impediebantur eo quod semel in anno pascha -- modo clara distinctio inter ritas div. Quantum ad opinionem quod Ds qiddoush celebravit (Box Oesterley et aliquando Batiffol), solum qiddoush possibile erat illud quod in ipso initio mandationis paschalis celebrebatur; numquam die praecedenti.
- Contra canticus hymnus (Mc 16 26 Mt 26 30) bene intelliguntur de Hallel quod terminabat festum paschalem.
7. Sunt qui negant omnem valorem obiectibus iuridicis (ita G Dalman, Jesus Jeshua, P Billerbeck, Kommentar II 815-34) Goossens sic fere distinxit
- Jesus potuit exire ad hortum: Exod 12 22 late interpretabatur ut non e domo sed non ex urbe quis egredieretur; urbs late interpretabatur ut terra vicina etiam includebatur
- De usu-~~et~~ habitu et usu armorum, datur interdictio sed etiam permissio Simon Cyrenaeus de campis redibat; non dicitur ~~et~~ laborasse
- Mercatio sindonis fuisse difficultas si mensura et pretium; sed si haec actiones omittebantur, permissum erat; expressio aramaica cui correspondet mercatio etiam significat simplicem apprehensionem et libri rabinici loquuntur tantum de mercatu nutrimenti
- Licetum erat omnes actiones necessariae ex decessu, in specie corpus lavare et aromatibus ornare, modo nullum membrum moveretur
- Executio sententiae crucifixio erant opus non Iudeorum sed procurat Rom At minus certa sententia Billerbeck et Dalman quoad processum iuridicum Dicit quamvis processus iuridicus in re criminali sabbatis diebus festis et festorum vigiliis interdicebatur, dubitari tamen potest utrum interdictio viguerit tempore Domini
- At hoc inverisimile: sabbatum tum temporis stricte observabatur; Philo contemporaneus (De Migr Abrah XVI) affirmat egkalein dikazein prohibita fuisse diebus festis et sabbatis
- In stat Billerbeck quod exceptiones validitas actionis liceitatem quendammodo secum ferebat; quod agebatur de bono communis secundum pontifices qui cum processum suum non terminaverunt ante noctem ita sequenti die festo processum romanum instituere non dubitaverunt Credit tamen Goossens quod eventus istius diei valde suadent istum diem non esse diem vacationis
8. Longe graviores sunt difficultates chronologicae
- Quod dicitur propter Mc 14 q Mt 26 5 nihil quidem probat; quamvis enim antea statuerunt pontifices non in die fixo ne tumultus fieret, tamen postea consilium mulaverunt.
- At haec synopticorum coherentia auget potius quam minuit difficultatem. Longius expeditas videntur tentamina reconciliandi Ioannem cum synopt eis/ōs/
- Io 13 1 pro ies eortes refertur non ad mandationem sed ad/egapēsen
- Io 13 29 nulla ratio festinandi die 13 a Nisan
- 18 28 phagein to paskha, refertur non ad agnum paschalem sed ad mandationem victimarum quae tota hebdomada offerebantur
- 19 4 paraskeue tou paskha refertur non ad vigilium paschae sed ad diem veneris, fer VI, hebdomada paschali, inter 14 et 21 Nisan
- 19 36 non probat Jesum mortem obire eodem tempore quo immolabatur agni paschales

Utrum caena Dominica erat etiam caena paschalis. Goossens, pp 110 ff.
nt critici

Disceptant affirmanti in utramque partem et fere aequaliter.

Affirmant: Goguel WBrandt Haupt Joachim HHWendt Andersen OHoltzmann
Batiffol ESchwartz Harnack

Utrum caena celebratio paschalis?

9. Non possumus accipere solutionem a maiore parte rationalistarum acceptam: nempe duas esse traditiones quarum una vera et alia falsa; e.g. Ioannem propter symbolismum (Xtum crucifixum eodem tempore quo in templo immolabantur agni paschales) falsam chronologiam proposuisse.

At sunt solutiones quae veritatem utriusque evangeli et synoptici et iohannaei salvare conantur; quarum praecipuae sunt a Chwolson et a Billerbeck exaratae.

Scdm Chwolson, D (Das letzte Passahahl Christi und der Tag seines Todes..., revised, Leipzig 1908) Dominus eiusque discipuli pascha manducaverunt die 13 Nisan, die ante diem legalem; ratio erat quia isto anno dies 14 Nisan erat dies veneris (feria VI); vacatio sabbatica laboris incipiebat inde a vespere diei praecedentis; unde immolare victimas et alia facere post crepusculam illicita erant, et manducationis anticipatio inde obligatoria.

Quantum ad dictum Hillel attributum, pascha praevaleret sabbato, istud principium tempore Domini non agnoscebatur

Quantum ad immolationem quae scdm Mischma fiebat inde a meridie, neque hoc isto tempore recipiebatur.

Haec hypothesis admissa est a Klausner et aliquando a Lagrange

Scdm Billerbeck, testimonium Philonis coaevitani contradicit assumptioni Chwolson: scdm Philonem immolatio incipiebat meridie

10. Solutio a Lichtenstein inventa et a Billerbeck perfecta haec fere est.

a Exsistebat pars quaedam Sadducaeorum quae nominabantur Boaethosiani.

b Mi Inter annum 24 BC et 65 AD sex/e summis pontificibus ad hanc sectam pertinebant circiter

c Inter Boaethosianos et Pharisaeos exsistebat disputatio de die Pentecostes; hic dies erat quinquagesimus post oblationem primitiarum messis (Lev 23 15); at quo die ista oblatio? Sabbatum (Lev 23 11) Quodnam sabbatum?

Pharisei-dicebant-sabbatum-in-hebdomada-azymorum-{15-ad-21-Nisan}

Boaethosiani dicebant sabbatum in hebdomada azymorum (a 15 ad 21 Nisan) ita ut Pentecostes semper die dominico (solis) fieret

Pharisei late inteligebant sabbatum pro die vacationis; volebant oblationem primitiarum fieri 15 dia Nisan; unde Pentecostes fiebat quadunque die hebdomadae.

d Disputatio, immo et lucta, hac de re vivax et diurna erat; tempore Domini praevalebat sententia Phariseorum; at Boaethosiani una cum Sadducaeis regebant servitium templi; unde-semper-erat-Phariseis timerendum-ne-dele-et-astutia-aliquid-a-Boaethosiani alia ex parte Pharisei favore multitudinis gaudebant et ita praevalebant ut tamen semper dolum vel astutiam Boaethosianorum timererent

Definitiva victoria erat Phariseorum circa annum 60 AD, et tunc decreverunt ad victoriam celebrandam ut nemo publice inter 8 et 21 Nisan publicam lamentationem mortis causa institueret; ex magnitudine celebrationis aestimari potest acerbitas luctae.

e Proinde isto tempore kalendarium aliquatenus indeterminatum erat: menses erant lunares; quo die nova luna apparebat et novus mensis Nisan incipiebat, oculis et testimonio determinari debebat.

f Unde cum dies 15 Nisan futurus esset vel dies veneris vel dies solis, error unius diei initio mensis retardabat vel acceperabat pascha ita ut dies 15 Nisan esset sabbatum et dies Pentecostes dominica ad mentem Boaethosianorum

Et quidem scimus Boaethosianos aliquando misisse duos falsos testes ad Sanhedrim ut istud concilium deciperet de visibilitate novae lunae, et ideo kalendarium ad mentem Boaethosianorum facerent

Utrum caena celebratio paschalis?

10 sequitur

g Unde hypothesis Billerbeck (Kommentar II 847-53)

Anno crucifixionis Domini, commissio ~~8x~~ a Sanhedrin nominata ad kalendarium determinandum ita diem primum mensis Nisan selegit ut dies 15 sit Sabbatum ad meritem Boethosianorum.

Sequebantur minae Pharisaorum et exinde compromissum ex parte Sadducaeorum qui adversariis permittebant ut celebrarent pascha die veneris, ipsi vero die-sabbate-die sabbato.

Dominus una cum multitidine quae Phariseos sequebatur die Jovis pascha manducavit; Sanhedrin vero, cuius longe major pars erant Sadducaeui, die veneris; qua de causa nolebant introire praetorium ut pascha manduarent.

h Haec hypothesis a Augustino Merk (art Abendmahl, Lex f Theol u Kirche) et substantialiter a J Schaumberger (Biblica 9 1928 57-77)

Alia ex parte impugnata est a G Dalman (Les itineraires de Jesus trad fran Paris 1930) et a Lagrange (Rev Biblique 39 1930 287-88)

Quae tamen obiectiones non videntur decisivae scdm Goossens p 126 qui breviter in notis respondet.

Utrum in caena Domini aderat vinum an aqua in calice.

Videtur quod erat vinum

- a Eo quod caena erat celebratio paschalis in qua vinum bibebatur
- b Ex narrationibus -- nulla-est-patere-supponendi-quod-existe "generatio vitis" Mc 14 25, Mt 26 29, Lc 22 18
ubi non est ratio supponendi diversitatem contenti in primo et altero potu Lucano
- c Ex praesentia vini in caena corinthiaca 1 Cor 11 21 (alius ebrius est)

Sed Harnack, Brot und Wasser: die eucharistischen Elemente bei Iustin (1892)

- a Maxime erat diffusus usus aquae in celebratione caenae

Invenitur apud Ebionitas, gnosticos judaeo-xtianos, Tatianum, encratitas, marcionitas, apostolicos dictos, manichaeos; in multis apocraphis actis apostolorum; secta Aquarianorum cognoscatur

- a Philastro, ab Augustino, a Cypriano (ep 63 ad Caecilium scdm quem multi episcopi in Africa celebabant in pane et aqua); immo a Iustino M
- b Et quidem ultima caena non materiam determinatam consecravit Dominus sed ipsam actionem manducandi et bibendi benedixit: panis quidem elementum constans caenae maxime simplicis; sed calix alio alioque contento imbibebatur sive vino sive aqua; circiter annum 150, ecclesia pro vino optabat et determinabat; at per multa saecula durabat opinio contraria

- c Haec hypothesis ~~vera~~ a multis etiam acatholicis vivaci crisi submissa est: Zahn Jülicher Schwei Scheiwiler

Nihilominus Lietzmann, Messe und Herrenmahl, pp 239-49

Opinatur caenam dominicam fuisse ~~reliquam~~ benedictionem vel solius panis vel et panis et aquae

- a Arguit ex veritate brevioris textus lucani, ex mente solius panis in fractione panis Act 2: 42 46; 20: 7 11; 27 35; Lc 24:30 35; ex actibus apocryphis; ex eo quod multiplicatio panum semper erat symbolum eucharistiae; ex usu qui apparebat in multis regionibus

Contra dicimus cum Goossens

- a Quantum ad multiplicationem panum tamen symbolum, etiam caena nuptialis ad Cana erat symbolum eucharistiae; ideoque eucharistia erat in vino et quidem sine pane -- Praeterea multiplicatio panum non erat legenda sed factum -- Praeterea omne exemplum (ideoque symbolum claudicat
- b Existunt testimonia quae stabilunt aquarismum

Ebionitarum: Iren adv Haer V 1 3 PG 7 1123

Tatiani: Epiphan Panarion haer xxi 8 (Holl II 205; PG 41 840)

Hieron In Amos II 12 PL 25 1610

Marcionitarum: Epiphan Panarion haer xlii 3 (Holl II 380 PG 41 699 f)

Tert adv Marc I 14 PL 2 262

Encratitarum: Clem Alex, Paed II 2 32 2-4 (Staehlin I 175-6 PG 8 427-30)
Strom I 19 96 (Staehlin II 61-62 PG 8 813f)

Epiphan Panar haer xvii 1 (Holl II 216 PG 41 851f)

- c De apostolicis et de manichaeis datur disputatio (vide Goossens 161 n)
- d) Philastrus de Brescia et Augustinus loquuntur de Aquariis tamquam de secta speciali; utrum distincti a praecedentibus non liquet

Cf PL 12 1188f; 42 42; 53 609

- e Etiam apud apochyphos dantur testimonia

Acta Thomae 27 29 40-50 120f 133 158

Actus Vercellenses Patri 5

Acta Petri (papyrus copticus) Texte u Untersuchungen t 24 fas 1 p 10

- f Ep 63 ad Caecilium demonstrat adfuisse aliquid Aquarismi in Africa at longe exaggerat Harnack: videntur fuisse pauci simplices ignorantes

Utrum aqua an vinum in calice in caena dominica

interdum
condemnabant
matrimonium
proprietatem
esum carnis

g Quantum ad haec testimonia, dicimus
esse de sectis saltem suspectis
nihil probare de usu totius ecclesiae sine fundamento, usum vini
explicari non e usu ~~abie~~/dominico/sed e tendentiis asceticismi exagger-
ati uti constat ex aliis erroribus ebionitarum Tatiani Marcionitarum
enkraticarum; eadem tendentia una cum gnosticismo apparere in apocryphis
Clementem Alexandrinum respuisse aquarismum ut haereticum; id quod
magni momenti est cum Clemens: e Graecia paragravit Italiam Syriam
Palestinam quequam Alexandriae consedit (dicit haereticum PG 8 813 f)
Cyprianus opponit traditionem quae ad originem redit

h Dubitatur de sensu "klasis tou artou" "klaein ton arton"
Talis formula ignoratur in aetate classica; in aetate hellenistica
unum exemplum inventum est in papiro magno magico sed influxus ibi
LXX versionis agnoscitur

In VT saepius talis expressio adhibetur, et scdm documenta rabbinica
Iudaei solebant panem frangere in initio caenarum communium ad
symbolum unitatis et fraternitatis

Dominus panem ante multitudinem frangebat et forsitan saepissime
in intimo discipulorum circulo idem modo quodam peculiari faciebat

Unde quamvis "klasis tou artou" sensum technicum habere videatur,
attamen dubitatur utrum his sensus technicus fuerit eucharisticus necne

Ad singulos casus

Lc 24 30-35 (Emmaus) non videtur fractio eucharistica: mirum si
cum duobus discipulis qui ultimae caenes non interfuerunt Ds eucharistiam
celebravit, at cum apostolis fragmentum piscis tantum comedebat Lc 24 41f

Quod narratio similis, nihil probatur; nam etiam similis est-har
cum ultima caena est narratio multiplicationis panum ubi nulla eucharistia

Quod Ds agnoscitur in fractione panis, nihil probatur: potuit adesse
modus quidam agendi personalis

Act 27 35 etiam minus probabiliter est haec fractio panis eucharistica
nautae erant quasi omnes pagani; Paulus voluit eos reconfortare
dedit exemplum; actio gratiarum non erat nisi benedictio mensae

Act 20: 7 11 Troade; videtur eucharistica; communitas christiana
congregatur ad fractionem panis; nonne ad eucharistiam sumendam

Act 2: 42 46 Describitur communitas christiana; in parallelo ponuntur
orationes in templo et fractio panis domi; videtur eucharistica

Unde probabiliter interdum fractio panis significabat eucharistiam;
at inde probari nequit contra testimonia clarissima institutionis
eucharistiam constare solo pane

De sensu litterali verborum institutionis.

Saltem de fide catholica: DB 874-75 quod ista verba sunt intelligenda de reali Xti praesentia.

1. NB Contra calumniatores synodi tridentinae quod caeco modo omnia et quaecumque definivit; verba institutionis de reali praesentia, sed Io VI sub dubio relinquit.
alt Wiseman p 196
 2. NB Difficilior probare sensum litteralem hoc in loco quam in Io VI propter brevitatem et simplicitatem narrationis
Difficilior hoc sensu quod mens magis ~~max~~ convincitur longo circumstantiarum cumulo quam brevi etsi strinquenti argumentatione
Non difficilior hoc sensu quod argumentum est minus stringens obiective
 3. NB Per se verba sunt intelligenda litteraliter, et sensus metaphoricus est probandus
Eg si quis potest citare decem vel viginti loca SSer ubi "est" habet sensum "significat", aliis potest citare decena millia locorum ubi "est" habet sensum litteralem identitatis.
 4. NB Ad probandum sensum metaphoricum duo requiruntur
1o Quod sensus metaphoricus est possibilis -- ex ipsis verbis
2o Quod sensus metaphoricus de facto est accipiendus -- ex adiunctis
Contra ad excludendum sensum metaphoricum, sufficit
1o Aut excludere possibilitem sensus metaphorici in tali locutione
2o Aut excludere possibilitem quod sensus metaphorici in talibus adiunctis
Quod si utrumque fit, habetur argumentum omni exceptione maius.
 5. Dicitur ergo possibilis esse sensus metaphoricus et probatur e locis parallelis quae in quattuor classes dividi possunt
- A Gen 41: 26, 27, Septem boves pulchrae et septem spicae plenae septem ubertatis anni sunt... septem quoque boves tenues et macilentae et septem spicae tenues et vento urente percussae septem anni venturae sunt famis Sunt = Representant
- Dan 7, 24: Cornua decem ipsius regni decem reges erunt
- Mat 13: 38f, Qui seminat bonum semen est Filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam. Inimicus autem.. est diabolus. Messis vero consummatio saeculi est. Mores autem angeli sunt.
- 1 Cor 10, 4: petra autem erat Xitus
- Gal 4 24: Haec (Sara et Agar) enim sunt duo testamenta.
- Apoc 1 20: Septem stellae angelii sunt septem ecclesiarum
- B Io 10 7: ego sum ostium ovium
- Io 15 1: ego sum vitis vera
- C Gen 17 10: Hoc (circumcisio) est pactum meum quod observabitis inter me et vos.
- D Exod 12 11: et comedatis festinanter. Est enim Phase (id est transitus) Domini.

De sensu litterali verborum institutionis

6. Quaestio ergo est utrum haec loca sint parallela
a) existit series locorum in SSer ubi "est" sumitur metaphorice
b) existat etiam series ubi "est" sumitur litteraliter
c) quaeritur ad quamnam seriem pertinet "hoc est corpus meum" etc
d) respondes: pertinet ad seriem ubi invenitur parallelismus

Parallela sunt loca, quae a se invicem quidem distant, similia tamen sunt, quia eadem voces vel phrases in simili orationis contextu et eodem significato occurunt (Jahn apud Wiseman)

Eiusmodi iam vero loca quae de eadem re tractant dicuntur loca parallela.
(Arigler apud Wiseman p 209)

Parallelismus non est verborum tantam sed contextus et significationis, non tam tum locutionis sed rei.

Nam locutio de se nihil probat: saltem aliquando "est" dicitur litteraliter
Cf. de Io VI: Xpus aliquando correxit, aliquando reaffirmavit; per quaer

7.
7. Iam vero loca sunt A citata sunt parallela: in omnibus enim datur
explicatio instructionis symbolicae

Gen 41: explicatur symbolismus somnii regii a Joseph

Dan 7: interpretatio visionis/ab assistente ad thronum/symbolicae

Mat 13: interpretatio parabolicae similitudinis a Domino

1 Cor: petra dicitur "spiritualis" et v. 6 haec omnia facta sunt
in figura nostri

Gal 4: explicita allegoria: "Quae sunt per allegoriam dicta

Apoc: Sacramentum septem stellarum (sacramentum, musterion, pro
nomine syriaco "rozo" significat "allegoriam" "symbolum"

Dicimus haec loca non esse parallela: nam in narratione caenae non
innuitur quod agitur de explicatione alicuius instructionis symbolicae.

8. Argumentum ad hominem contra eos qui admittunt divinitatem Xti contentam
in prologo Ioannis
Cf. Verbum-erat-Dewus Deus erat Verbum -- petra erat Xpus -- hoc est corp
maior similitudo in inter duo priora
praeterea Xpus dicitur explicite "imago Dei" | 2 Cor 4:4; Col 1:15 | Heb 1:3
nullibi dicitur panis imago corporis Xti

9. Praeterea, deest parallelismus in ipsis verbis inter A et Euchar
nam in locis citatis ponitur copula inter substantias-eos nomina
substantiva: boves, anni; communia, reges; ager, mundus; messores, angeli;
petra, Xpus; stellae, angeli;

In tali casu necessarius est recusus ad sensum metaphoricum: bos non
est ager in ullo sensu litterali; comunia non est rex; etc.

Idem valet quoad Gal: haec autem refert ad Sara et Agar, est pronomen
demonstrativum femininum

At in narratione caenae, ponitur non pronomen demonstrativum sed
adjectivum demonstrativum; non dicitur "outos" scilicet artos,
sed touto scilicet soma

10. Denique deest symbelismus parallelismus inter A et Euch
quia A agitur de symbolo explicando; Euch agitur de symbolo instituendo
cum institutio (hoc facite in mei memoriā) realiter differt a
explicatione, datur diversitas in re; et diversitas in re est
defectus in parallelismo.

De Sensu litterali verborum institutionis

11. Quantum ad Io 10 7; 15 1; respondetur
- a Deest parallelismus in quantum his locis Dominus pergit ad explicationem expansionem manifestae allegoriae
 - b Deest parallelismus in quantum his locis suadetur metaphora ex iis coniunctione nominum stant substantivorum "ego" "ostium" "vitis"
 - c Deest intentio obiectionis: "est" stat pro "est figura" "repraesentat" his locis sensus non est "ego sum figura ostii" "ego sum figura vitis" his locis sensus est "ego sum similis ostio" "ego sum similis viti" porro haec non est distinctio sine differentia si dico "Achilles est leo" omnes intelligunt "Achilles est fortissimus" at si indigitando leonem dico "hic est Achilles" sensus unus possibilis videtur "hic leo nominatur Achilles" nec quisquam intelligeret "hic leo est symbolum Achillis"
 - d Adfuiisset parallelismus si dominus ostium vel vitem indigitando dixisset: hoc est corpus meum, hic est sanguis meus -- unde cum dixerit, Ego sum ostium, ego sum viti, deest parallelismus
 - e Neque dici potest sicut "ego sum ostium" significat "ego sum similis ostio" ita etiam "hoc est corpus" significat "hoc est simile corpori" Quia in priori casu similitudo explicatur a Domino, sed non in posteriori mera similitudo non est solemnis institutionis ritus symbolici; at narratio caenae est narratio institutionis; ideoque sensus "hoc est corpus" non est mera affirmatio similitudinis.
12. Quantum ad Gen 17 10
- a Verum est circumcisionem fuisse signum foederis seu testamenti; sed Deus hoc explicavit v. sq. 17 11: "circumcidetis carnem praeputii vestri ut sit in signum foederis inter me et vos Non dicitur panis esse in signum corporis, ideoque deest parallelismus
 - b Praeterea, circumcisione non fuit signum tantum; erat signum practicum ipsius foederis, signum quo foedus initum est et signum quo habebatur documentum authenticum foederis initi cf vv 13 14 ipsum foedus est in carne; si deest, foedus est irritum Si demonstratur documentum et dicitur, Hoc est foedus Versailles, "est" non habet sensum metaphoricum, nam foedus litteraliter denotat sive contractum sive instrumentum quo contractus initur. Ut haberetur sensus metaphoricus, documentum demonstratum esse oportuit non ipsum documentum Versailles signatum sed aliquod symbolum contractus mere speculativum
 - c Cf Gen 9: 12 13 17 signum foederis est arcus in caelo 9: 11 ipsum foedus est "nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii" Cf. Is 49 21; Jer 21 33; LSam 11; 2 ubi contentum foederis sequitur et explicat antecedens "hoc" Similiter loc cit Gen 17 10 Hoc est pactum meum... Circumcidetur ex vobis omne masculinum; scilicet ipsum pactum est circumcisione neque verus sensus est "circumcisio est signum pacti"; sicut si diceretur "hoc est pactum nostrum: dabis mihi centum dollariorum" Unde deest intentio obiectionis, quia deest ulla metaphora.

De sensu litterali verborum institutionis

13. Quantum ad Exod 12 11:

- a Sensus dicitur esse: "est enim representatio transitus Domini"
Zwinglius narrat se non potuisse convincere cives Zurichenses de sensu metaphorico; omnes enim quos attulerat textus aperte non esse paralleli apparebant; at ante diem 13m disputationis dum in lectulo dormiebat et somnio contra adversarium inefficaciter disputationabat, en angelus, sive albus sive ater fuerit noluit dicere, ei dixit reprehendit atque dixit "Cur non dicas apud Exod 12 scriptum esse "est enim Phase (hoc est transitus) Domini"
Quod ex somnio compertum ex parte factus examinavit et magno triumpho apud populum praedicavit.
- b Dicimus: si sensus est uti dicitur, tunc multi ritus simul descripti tales erant ut Iudei potuerint comprehendere sensum esse metaphoricum
- c Praeterea intelligi potuit ista metaphora quia apud Hebraeos usitatum fuit nominare sacrificia ex fine oblationes: sic sacrificia pacifica dicebantur "pax" et sacrificium pro peccato dicebatur "peccatum"
Unde Osée 4 8: peccata populi mei comedent
2 Cor 5 21: eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit,
ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso
A pari potuit intelligi ista metaphora: est sacrificium propter transitum Domini
- d At radicibus negamus sensum esse: "est figura transitus Domini"
Non est figura dicere: Hic dies est nativitas Domini, nam hic dies non est figura vel representatio nativitatis Domini; hic dies litteraliter est festum nativitatis. nativitas dicitur hanc actio nasendi hunc anniversarii dies
Similiter in textu: comedetis festinanter. Est enim festum transitus Domini.
NB in textu Hebraico habetur non casus genitivus sed dativus לַיְהֹוָה
Est transitus Domini, i.e. Domino sacer, Domino dedicatus cf Exod 20 10 et Exod 32 5 ubi בְּעֵד יְהֹוָה — לְיְהֹוָה
- Cf Exod 12 27 "victima transitus Domini est" לְיְהֹוָה עֲשֵׂה מִצְרָיִם qui locus est parallelus v. 11, nam in v. 11 subauditur victima e descriptione praecedenti
- Et nihil tale agere narrationem caenae —

De sensu litterali verborum institutionis

14. Iam ad aliam quaestione quae ad adjuncta perhinet, transeundum est
Sensus alicuius loci verus est sensus quem locutor capax et verax
in mentibus auditorum produxit

Quaeritur ergo utrum apostoli sensu litterali an figurato Dominum
intelleixerint in caena

Quae quaestio in duas partes distinguitur dicere potuerint:
utrum apostoli audientes verba Domini sibi ~~percepissent~~: hoc non potest
litteraliter accipi; ergo metaphorice est intelligendum
utrum de facto et scdm mentem Di apostoli ita fecerunt

a Apostoli erant homines de vulgo, sine educatione vel cultura, bonorum
morum sane et boni et sani sensus
Iam vero tales homines non habent notiones valde reconditas de
contradictione et impossibilitate; scdm tales homines
aliquid est possibile si aliquis potest id facere, impossibile si
nemo potest id facere

at non considerant id ipsum quod est possibile vel impossibile ex
notis suis intrinsecis: possibile non est id quod fieri potest scdm
notas intrinsecas, et impossibile non est id quod scdm easdem notas
intrinsecas fieri non potest

unice spectant ad causam activam

unde maxime in difficultate laborant circa omnipotentiam divinam
et impossibilia absolute: si dices eis, Deus est omnipotens et tamen
non potest facere ut contradictoria sint simul vera; eis videtur
effugium; si est omnipotens, potest quaecumque; si aliquid non potest,
non est omnipotens.

b Porro apostoli eruditi erant in schola Domini, et mirabili miraculorum
serie erant edocti ut numquam citius affirmarent "hoc fieri non potest"
Viderunt enim Dominum sanantem morbos omnis generis atque deformitates /em
Viderunt salter ter mortuos resurrectos, et quidem unum mortuum iam foetent
Viderunt panem bis multiplicatum, vinum-f et aquam factam vinum
Viderunt Dominum ambularem super aquas, imperantem ventis et undis,
immo et ipsis piscibus maris qui in retia sunt ingressi
Qui talia suis oculis viderunt, haud sibi dicebant: vidimus morbos
sanatos, mortuos resurrectos, panem multiplicatum, vinum ex aqua factum,
totam naturam nutui Domini obtemperantem -- at haec omnia scdm
notas intrinsecas non implicant contradictionem -- e contra hoc in casu
adest repugnantia notarum intrinsecarum; ideoque non litteraliter
sed metaphorice est intelligendum

c Praeterea, non solum notio impossibilitatis valde diminuta erat apud
apostolos, sed fides continuo in eis fuit inculcata
Mt 19 26 Apud homines hoc impossibile est: apud Deum omnia possibilia sunt
Mt 9 28: (dicit caecis) Creditis quia hoc facere possum vobis? Utique
Fiat vobis scdm fidem vestram
Mt 8 10: de centurione; non inveni talem fidem in Israel (actio in distans)
Mt 8 2 : leprosus dicit "Si vis, potes me mundare"
Io 4: 21f De si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc
scio quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus
Io 11 42: facit miraculum "ut credant quia tu me misisti"
Mt 8 26; 21 Quid timidi estis, modicae fidei -- Amen dico vobis,
si habueritis fidem et non haesitatav ritis, non solum de ficulnea
facietis, sed et si morti huic dixeritis, Tolle et jacta te in mare
fiet q. 14 14²³ Petrus auctoritate super agas Mt 17¹¹ cum demonium vide complicerent

Ipsi apostoli experti sunt operationem miraculorum Mc 6¹²f
Apostoli prouident ad sensum litteralem. Mt 16¹¹f Lc 22^{36ff} T. 4^{32ff} II-16

Thesis II

In ultima caena Xitus testatus est se suum ipsius corpus ac suum sanguinem apostolis praebere (Filograssi) (Verba e Trid. DB 874)

Termini: sensus obvius

suum ipsius corpus: ie corpus physicum
vere? non metaphorice
realiter, non corpus mysticum, praebere fidei sumenti tt
substantialiter, virtute

Adversarii: Pesch §§564-75

Nota:

De praesentia Xti vera reali substantiali, De fide definita DB 883
Quod haec doctrina continetur in narratione institutionis
prout ecclesia semper intellectus, De fide divina et catholica DB 874
prout ipsa verba stant, Saltem certa et communis
(Caietanus contraria sententiam empungere debebat)

Argumentum

- a) Agebatur de vero corpore Xti proprio
 - a' quia hoc erat promissum (sark)
 - b' quia hoc solum erat "to uper umon (didomenon)"
 - c' et non corpus mysticum, quia nullus sanguis mysticus
- b) Agebatur de vero sanguine Xti
 - a' quia hoc erat promissum
 - b' quia hoc solum erat "to uper pollon ekkhunnomenon"
 - c' ex rallela inter novum et vetus testamentum
dicitur esse sanguis novi testamenti
sed sanguis veteris testamenti erat sanguis sacrificialis Exod 24' 4-8
ergo etiam sanguis novi -- sed sanguis novi est verus Xti sanguis
- c) Xitus testatus est id quod praebabatur esse corpus suum, sanguinem suum
 - a' locutio tropica neque ex rei natura neque ex conventione linguae
neque ex contextu indicatur; ideoque non adest
 - b' apostoli locutionem tropicam intelligere non potuerunt
 - a'' ex habituali tendentia ad sensum litteralem
 - b'' ex continua Xti inculcatione fidei circa omnia
 - c'' ex explicita Xti ~~im~~ promissione
 - d'' ex incolitis notionibus de possibilibus et impossibilibus
 - c' primitiva ecclesia docente Paulo sensum litteralem accipiebat
1 Cor 11 27-32 vide Filograssi p 30
evangelistae assuefactae explicationi locutionum metaphoricarum
hoc in loco nullam explicationem innuunt

Obiectum q Filograssi.

Thesis

In ultima caena Christus testatus est se suum ipsius corpus ac suum sanguinem apostolis praebere (Filograssi)

Termini: sensus obvius

Adversarii: Pesch 564-575 (¶¶)

Nota: / (sumenti tt)

quod Xpus vere (non fidei tt) realiter (non metaphorice)
substantialiter (non fidei tt)